

ambiguitas. Judas igitur fuit electus, sed non nisi ad Apostolatam. In *diabolo* cadit fides, sed historica tantum.

Huc etiam refert *Jac. Martini in Instit. log. p. 1130.* quando quis à proposito in aliam vicinam quæstionem abducitur, & proponitur id, quod nihil ad scopum facit. Sic *Martial. lib. 6. Epigr. 19. pag. 333.* per jocum ridet quendam ineptum *Causidicum* qui extra causam, quæ erat inter litigantes, de *tribus capellis,*

Mox Cannas, Mithridaticumq; bellum

Et perjuriam Punici furoris,

Et Syllas, Mariosq; Mutiosq;

Magnâ voce sonabat, &c.

Hoc est: *de tribus capellis,* i. e. de re levi contendebam cum adversario, & tu nescio quid grande sonas de clade Cannensi, bello cum Mithridate, Hannibale, de bellis civilibus Marii & Syllæ &c. Sed hæc ἐπιπολαίως.

Quò & pertinet μετέβασις εἰς ἄλλο γένος, ut quum ex principiis physicis principia Theologica probantur. *vid. cap. IX. p. 131. e. g.*

*O, corpus humanum verum indiget ali-
mento :*

O

Chri.